

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XVII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

Manasse, & Ephraim fortitudo capitis mei. Quare etiam præ cæteris Iudic. 8. 11. tribubus se efferebat, & sedem religionis, quam in suæ tribus oppido Siloh aliquot seculis tenuerat, vnâ cum regno in tribum iuda transferri, ægerrime tulit, & oblata occasione post mortem Salomonis proprium regnum & religionem, quamuis falsam, sibi ipsi & adiunctis nouem tribubus constituit, 3. Reg. 12. Ideo sæpe Ephraim, pro toto populo Israël, seu regno decem tribuum sumitur, præcipue in Osea, Esa. 7. 28. & alibi.

Filij & familiæ Ephraim recensentur, Num. 26. 1. Paral. 7. & alioquin eius mentio fit, Num. 1. 2. 7. 10. Ios. 16. 17. Iudic. 1. 5. 8. 12. Psal. 80. &c. מְרִיבֵי מְרִיבֵי foecundus, fertilis, אֲרִיבֵי fructum vberem tulit, creuit, Gen. 41.

LIMITES TRIBVS Ephraim & dimidiæ tribus Manasse sunt: ab oriente, Iordanis: à meridie, tribus Benjamin & Iudæ: à Septentrione, tribus Isaschar, à mari Galilææ ad Ietzraël & Doram: ab occasu, mare mediterraneum, à Dora seu Mageddo ad Ioppen.

TEXTVS. *Cecidit fors filiorum Ioseph ab Iordane contra Iericho* (qua fuit propè Iericho) versus orientem vsq; ad aquas Iericho (fontem irrigantem agrum vrbis Iericho foecundissimum, longitudine duorum miliarium, latitudine dimidij) & solitudinem (loca asperiora) quæ ascendit in montem Berhel (domum Dei, de qua supra cap. 7. fol. 49.) & inde Luzam (amygdalam) transitque terminum Archiatharoth (propè Cefalon & Bethoron, supra Emaus) quæ vox latine decentes coronas significat. *Terminum Iesleti.* Existimatur regionis nomen esse, in qua Archiatharot situm sit. יֵשֶׁלֵתִי Iaphleti, euadens ex periculo. *Vsq; ad terminos Bethoron inferioris,* long. 65. 54. lat. 32. communis limes tribuum Ephraim, Benjamin & Iuda. בְּתוֹרֹתֵינוּ domus latibuli. *Gazer,* vrbs Leuitarum, Ios. 21. 3. Reg. 9. non procul à Casarea Stratonis. גַּזְרֵי diuisio. Hactenus limites vtriusque tribus Ephraim & Manasse communiter definiuit. Nunc denuò terminos tribus Ephraim describit. Orientalis limes est *Astaroth Addar*, in ripa Iordanis, è regione Bethabara, propè Iericho, long. 66. 16. latit. 32. 1. Ebraicè אֶסְתָּרוֹת אֲדָדָר Ataroth Addar, coronæ magnificæ. vt in Transyluania est Cronenstad / & Lübecam / Henetis coronam significari aiunt. *Machmethah*, infra Samariam, long. 66. 24. lat. 32. 14. Ebraicè מִכְמֵתַח Michmetha, à מָכָה oppressit. *Thanatselo*, fatalis felicitas, inter Samariam, & Iordanem. יָנוֹעַ, inter Thanatselo & Machmethah. יָנוֹחַ Ianoah, quietus. *Noaratha*, à Hiericho versus septentrionem, ferè duo miliaria distat. נְעִירֵי נְעִירֵי pueri, nartlin. *De Taphua*, inter Iericho & mare mortuum, propè Betharaba. מְדִינַת מְדִינַת medians. *Non interfecerunt Cananeum in Gazer.* Salomonis ætate, Pharaõ rex Aegypti, captam deletis Cananæis urbem, filiæ, vxori Salomonis, in dotem dedit, 3. Reg. 9.

Caput XVII.

GENEALOGIA patriarchæ Manasse, & CHOROGRAPHIA regionis, dimidiæ tribui Manasse, cis Iordanem attributæ, in qua tamen, Ephraitæ passim permixti habitauerunt. Fuit autem MANASSE, filius patriarchæ

patriarchæ Ioseph primogenitus, Gen. 41. Num. 26. Ios. 16. 1. Paral. 7. adoptatus ab auo Iacobo, Gen. 48. stirps amplissimæ & latissime sparſæ tribus, ex qua præstantissimi duces populi Israël, Gedeon, Iephte, Iair, &c. orti sunt. Diuisa fuit in duas partes, quarum altera à Machir primogenito Manasse propagata, regionem Galaad & Basan in orientali Iordanis ripa tenuit, Num. 32. Deut. 3. Ios. 13. 22. Reliquæ familiae, à cæteris filijs, Aiezer, Helech, Afriel, Sichein, Ephraim & Semida deriuatæ, regionem cis Iordanem, cuius limites in hoc capite Ios. 17. accuratè describuntur, cum filijs Ephraim acceperunt, Ios. 17. Iud. 1. Recensentur autem filij & nepotes Manasse 1. Paral. 7. Num. 26. & hoc capite Ios. 17.

Interpretatio nominum propriorum familie.

Manasse, obliuisci faciens. *Ioseph*, addat, crescere faciat. *Machir*, primogenitus, latine mercator. *Galaad*, testimonium migrationis. *Basan*, pinguedo. Cæteri filij Manasse. *Abiezer*, Num. 26. scribitur Iezer, Ebraicè, איעזר Aiezer, seu IEZER, vbi auxilium, אי vbi. *Helech*, חלק diuisio. *Hetzrihel*, vel Afrihel, חַטְרֵי הַלֵּל beatitudo Dei. *Sichein*, שֵׁכֶם humerus. *Semida*, שְׂמִידָה celebris, nomine notus, שָׂמִידָה & ירע. *Hepher*, הַפֵּר fossor, אֲהַפֵּר, fodit. *Salphaad*, צֶלְפַחַד ZelapheHad, umbrapauoris.

Filiae Salphaad. *Maala*, מַהֲלַח MaHelach, morbida. *Noa*, נֹעַ mobilis, אֲנוּעַ motus est. *Egla*, אֶגְלָה Haglah, festiuitas molesta. הַגְּלוּלָה solennitas, אֶגְלָה agre tulit. *Melecha*, מַלְכָּה Regina. *Thersa*, תֵּרְסָה Thirzah, grata, dilecta תֵּרְסָה.

Limites dimidia tribus Manasse cis Iordanem.

Ab Afer ad Machmata. ASER existimo oppidum vicinum Bethulia & Dothain esse, in extremis finibus regionis Manasse versus aquilonem & ortum, ad grad. lon. 66. 38. lat. 32. 24. Inde orientalis limes descendit ad Machmata, cuius situs ad gradum long. 66. 24. lat. 32. 14. in tabula aspiciatur, vbi scribitur Afecham Michmethah, fortasse quod in Ebraeo fonte pro אֶפֶחַ הַמִּיכְמֵת Afer hamichmetha, legit aliquis אֶפֶחַ הַמִּיכְמֵת Afech hamichmetha 7 caph finale, pro 7 Res. *Quæ respicit Sichein*, id est, è regione seu ex opposito SICHEIN, in monte Garizim, vbi Abraham & Iacob aliquamdiu habitauerunt, Gen. 12. 34. & ossa Ioseph sepulta sunt, Ios. 24. Acto. 7. vrbs Leuitarum & refugij, Ios. 20. 21. sedes aula Hieroboam regis Israël, 3. Reg. 12. *Fontis Taphue*, propè Betharaba & Galgala, fuit communis terminus tribuum Manasse & Ephraim, *versus meridiem ad torrentem*, scilicet Cherith. Ciuitates istæ, terræ Taphua, erant Ephraitarum, sitæ in medio urbium Manasse, sicut vtriusq; tribus oppida passim inter se permixta & confusa sunt. *Terminus Manasse est ab aquilone torrentis*, Cherith, inde meridionalis limes tendit ad mare magnum seu mediterraneum. BOREALIS limes attingit fines tribus Issachar, cuius, ab oriente versus occasum, oppida sunt, Afer, Bethsan, Endor, Tenah & Mageddo. BETHSAN, Ptolemæi & Ieronimi tempore Scythopolis dicta, vicina Bethulia & vrbi Tiberiadi, sita ad mare Galilææ, cuius mentio fit, 1. Reg. 31. 1. Macca. 5. 12. Iudic. 1. 2. Reg. 21. 3. Reg. 5. בֵּיתְשָׁן Bethsean, domus tranquilla seu fertilis. *Ieblaan*, propè Sichein, Iudic. 1. 4. Reg. 9. יֵבְלָאן confusus populus. *DOR*, maritima, Ios. 11.

Ios. II. 12. ENDOR, propè torrentem Cison, vbi Saul consulit Pythonissam, 1. Reg. 28. Psal. 82. וַיִּבַּע פְּיֹן fons generationis, seu ætatis. *Taanach*, vrbs Leuitarum, Ios. 21. inter Endor & Mageddo. תַּאנַּח Taanach, fatalis.

MAGEDDO, propè Iezreël, Ios. 17. 12. Iud. 1. 5. 3. Reg. 9. vbi Iosias mouens non necessarium bellum aduersus Pharaonem Neco, regem Ægypti, interfectus est, 4. Reg. 23. 2. Paral. 35. Huius belli meminit Herodotus lib. 2. Sed locum nominat Magdolum. καὶ Συροῖσι (sic nominat Iudæos, quos partem Syrorum esse existimat) πρὸς τὴν ὁ Νεκῶς συμβαλὼν, ἐν μαγδόλῳ ἐτίκισεν. Planctus Mageddo ob interfectum Iosiam meminit Zacharias cap. 12. In eadem vrbe mortuus est Ochozias rex Iudæ, 4. Reg. 9. מֶגִּדּוֹ Megiddo, turris, cuneus, à מִגְדָּן. *Nophet*, מְנַשֶׁה regio, clima. *Iezrahel*, vrbs in finibus tribus Isaschar, sita ad ripam fluminis Cison, Ios. 19. 2. Reg. 2. 3. Reg. 4. 18. 4. Reg. 8. 9. in qua Achab rex Israël aulæ sedem habuit, 3. Reg. 18. מְנַשֶׁה Israël, semen Dei. Sunt autem plurima alia tribus Manassæ & Ephraim oppida, quæ totam regionem Samariæ postea dictæ, inter Iudæam & Galilæam complexæ sunt, videlicet. *Abelmehola*, patria Elisæi prophætæ, 3. Reg. 19. 3. Reg. 4. *Arimathea* seu *Ramatha*, patria Samuelis, propè Thinnatam, vicina Liddæ & Ioppe, in monte Ephraim, 1. Reg. 1. 7. 8. 25. Matth. 27. SAMARIA, vbi reges Israël, Amri, & sequentes, aulæ sedem habuerunt, à 3. Reg. 16. vsque ad 4. Reg. 17. *Thersa*, sedes aulæ Ieroboam, 3. Reg. 14. 15. vicina Samariæ. *Bethulia*, Holofernus clade nobilitata, in libro Iudith. *Dothaim*, vicina, Gen. 34. Iudith 7. 4. Reg. 6. SILOH, vbi tabernaculum Domini aliquot seculis collocatum fuit, de quo sequenti cap. 18. dicemus. *Machmas*, non procul à Iericho, vbi Ionathas profligat Philistinos, 1. Reg. 14. Esa. 10. *Bethseca*, ad fontem fluuij Cison, Iudic. 7. *Antipatris*, quæ Capharsalama prius appellata est, inter Hierosolimam & Cæsaream, Actor. 23. *Aphec*, propè Iezreël, 1. Reg. 29. 3. Reg. 20. *Aialon* seu *Aiolim*, propè Iordanem. *Bethbera*, propè Iordanem, Iud. 7. &c.

Caput XVIII.

Limites & Oppida tribus ortæ à BENIAMIN, qui minimus natu filius patriarchæ Iacob fuit, in cuius partu mater Rachel moriens, Gen. 35. nato nomen Benoni (filius doloris) dedit, quod pater in בְּנִימִן Benjamin, id est, filius dextræ, seu primariæ & carissimæ marito coniugis, mutauit, ac vnice eum dilexit, Gen. 42. 43. 44. 45. 49. Stirps nobilissimæ tribus Benjamin, in qua PAVLVS APOSTOLVS Philip. 3. HESTER regina Persarum, Hest. 2. SAUL primus rex populi Israël, 1. Reg. 9. EHVD Iudex, Iudic. 3. nati sunt, & arx regni & ordinaria sedes templi & ecclesiæ Iudaicæ multis seculis fuit, in qua Christus ipse prædicauit, & sacrificium corporis sui pro salute generis humani in ara crucis obtulit, & resuscitatus ex morte triumphans in cælos ascendit. Filij & posteri patriarchæ Benjamin Gen. 46. Num. 26. 1. Paral. 8. 9. recensentur. & alioquin tribus Benjamin mentio fit, Ios. 18. Num. 1. 2. 7. 10. 13. 34. Iudic. 19. 20. 21. Apoc. 7. Psal. 68. 80. Qui sedes super Cherubim